



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 104. Pontificis statutum circa publica colloquia, & Festum Cathedræ D.  
Petri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

fuerat, Peytius Regnum ingrediendi factatem obtinuit, quin tamen ibidem Sæc. XVI.  
A.C 1557.  
ullo legationis suæ munere fungeretur; cum enim Poli innocentiam sibi omnino compertam haberet, ei semper eadem honorum obsequia, uti antea fecerat, præstare continuabat.

## §. CIV.

*Pontificis statutum circa publica colloquia, & Festum Cathedræ D. Petri.*

Interea Guisio Duce Romam adventante Pallav. l.14.  
c. 1. n. 3.  
summus Pontifex paulo post die vigesi- & 4.  
ma tertia Januarii Purpuratorum Senatum Act. Confiss.  
convocavit, in quo declarabat, quod 14. Jan. &  
a vigesima septima Januarii die horis 15. Martii  
pomeridianis quolibet Mense cujuscun- 1557.  
que conditionis homines alloquium pe- Baillet vies  
des Saints  
tentes publice admittere velit, ita ta- tom. 1. fol.  
men, ut Cardinales, Magistratum 18. Jun.  
præcipui, & Judices præsentes assi-  
sterent, ac ipse met, juncta cum ipsis  
opera petentium æQUITATI consulere, de  
rebus propositis deliberare, illataque  
damna reparare valeret. Verum ejus-  
modi Statutum, quamvis utilissimum,  
ac prorsus salutare foret, cum ta-  
men Pontifici, ejusque consanguineis,  
qui plenam regiminis auctori-  
tatem sibi vendicare nitebantur, per-  
molestum accideret, haud diu vigebat,

L 1 3

ac

**Sæcul. XVI.** ac ferme eodem, quo condebatur, mo-  
A.C. 1557. mento abrogatum fuit.

Alterum hujus Pontificis decretum magis firmum concernebat festivitatem Romanæ Cathedræ D. Petri, quod festum Ecclesia die decima octava Januarii celebrare solet, cum priori tempore hæc solemnitas a festo Cathedræ Antiochenæ ejusdem Apostoli haud distingueretur, ac non nisi D. Petri Episcopatus, quin specialis Romanæ, vel Antiochenæ Sedis mentio fieret, ab Ecclesia coleretur: Attamen Paulus IV. singulari veneratione diversas hasce Sedes honorari, ac singulare festum de Romana D. Petri Cathedra institui voluit, eo fine, ut temeritas, inquiebat ille, hæreticorum reprimeretur, qui hunc Apostolum nunquam Romam venisse, propugnare audent. Eapropter Pontifex anno sequenti die decima quarta Januarii aliam edidit Constitutionem, qua Sanctum Petrum Romæ sedisse, ac ibidem Martyrium subiisse declarabat, ubi etiam utriusque articuli veritatem plurimis maximæ auctoritatis testimoniis comprobata reddebat.

§. CV.

*Decem Cardinales a Paulo IV. Pon-*  
*tifice creati.*

Idem

